

## Secundus

biq; illic ignium nisa: hic humoris alimēto. Medio uero terræ salubris utrinq; mixtura: fertilis ad omnia tractus. modicus corporum habitus: Magna & in colore temperies. Ritus molles: sensus liquidus ingenia. fecunda: totiusq; naturæ capacia. iisdem imperia quæ nunq; extimis gētibus fuerint: sicut ne ille quidem his paruerint auulsæ ac pro immanitate naturæ urgentis illas solitariae.

De motu terræ.

Capi. lxxxii.

**B**abyloniorū placita motus terræ hiatusq; & cætera oia ut syderū existimant fieri. Sed illorum triū qbus fulmina assignant. Fieri aut hæc meantiū cū sole aut cōgruentiū: & maxie circa quadrata mūdi. præclara quedā esse & immortalis in eo si credimus diuinitas phibetur Anaximadro milexio physico: quæ ferunt lacedemoniis prædixisse: ut urbem ac tecta custodirēt. in stare enim motum terræ. Et tum urbs tota eorū corruit. Et taygeti montis magna pars ad formam puppis eminens abruta cladem insuper eam ruina pressit. perhibetur & pherecydis pythagoræ doctoris alia cōiectatio: sed & illa diuina. Haustu aquæ e puteo præsensisse ac prædixisse ibi terræ motum. Quæ si uera sunt quātum a deo tadem uideri possunt tales distare dum uiuant. Et hæc quidem arbitrio cuiusq; existimanda relinquātur. Ventos in causa esse non dubium reor. Neq; enim unq; intremiscūt terræ nisi sopito mari: cæloq; adeo tranquillo ut uolatus auium non pendeāt subtracto omni spiritu qui uehit: nec unq; nisi post uentos conditos. s. inuenas & cauernas eius occulto afflatu. Neq; aliud est inter ra tremor q̄ in nube tonitruum. Nec hiatus aliud q̄ cum fulmen erumpit in cluso spiritu luctātes & ad libertatem exire nitente.

De terræ hiatibus. Capi. lxxxiii.

**Q**uæ itaq; quatitur: & mira eduntur opera: alibi pstratis mœnibus: alibi hiatu p̄fundo haustis: alibi egestis molibus: alibi emissis amnibus: nōnunq; etiam ignibus calidis ue fontibus alibi aduerso fluminum cursu. Præcedit uero comitaturq; terribilis sonus: alias murmur si milias mugitibus aut clamori humano armorum ue pulsantium fragori: pro qualitate materię excipientis formaq; uel cauernarum uel cuniculi: per quem meat exilius grassante in augusto. eodem rauco: in recuruis resultante: in duris feruente: in humidis fluctuante & stagnantibus. Item feruente contra solida: Itaq; & sine motu sæpe editur sonus: nec simplici modo quatitur nunq;. sed tremit uibratq;. Hiatus uero alias remanet ostendens quæ sorbuit: alias occultat ore compresso. Rursusq; ita in ducto solo ut nulla uestigia extent urbibus plerumq; deuoratis agrorumq; tractu hausto. Maritima autem maxime quatuntur. nec montosa tali modo carent: Exploratum est mihi alpes apenninas sæpius tremuisse. Et autumno ac uere terræ crebrius mouentur: sicut fiunt fulmina. Ideo galliæ & ægyptus minime quatuntur: quoniam hic æstatis causa obstat: illic hyemis: Item noctu sæpius q̄ interdiu. Maximè autem futuri signa motus existunt hi matutini uespertiniq;: sed propinqua luce crebri. Interdiu autem circa meridiem fiunt: & solis lunæq; defectu: quoniam tempestates tunc sopiuntur. Præcipue uero cū sequitur hymbrem æstus hymbresue æstum.

Signa motus futuri. Capi. lxxxiiii.

**Q**uæ uero sentiant non dubia coniectura: sine flatu intumescente fluctu subito: aut quatiante ictu. Intremunt uero & in nauibus posita æque q̄ in edificiis: crepituq; prænuntiant. Quin & uolucres non impaudez sedent: Est & in cælo signum: præceditq; motu futuro aut interdiu aut paulo post occasum sereno ceu tenuis lineæ nubis in longum porrectæ spatium. Est & in puteis turbidior aqua: nec sine odoris tedio.

Auxilia contra motus futuros. Capi. lxxxv.

**I**cut & iisdem est remedium: quale cloacæ & crebri specus præbent. præconceptum enim spiritū exalant. quod in certis notatur oppidis: quæ minus quatuntur crebris ad purgandam eluuiem cuniculis cauata. Multoq; sunt tutiora in iisdem illisq; pendent: sicut neapoli in italia intelligitur parte eius quæ solida est ad tales casus abnoxia. Tutissimi sunt ædificiorum fornices: anguli quoq; parietum pontesq; alterno pulsu renitente. Et latere terreno facti parietes minore noxa q̄tiuntur. Magna differentia est & in ipso genere motus. pluribus siquidem modis q̄titur. Tutissimum est cum uibrat crispante ædificiorum crepitu: & cum intumescit assurgens: alteroq; motu residet innoxiiū: & cū cōcurrentia tecta cōtrario ictu arietant: quoniā alter motus alteri renitit. Vndatis inclinatio & fluctus more quædam uolutatio infesta est: aut cum in unam partem totus se motus impellit. Desinunt autem tremores cum uentus emerit. Sin uero durauerē non ante quadraginta dies sistuntur. Plerūq; & tardius ut pote cum quidam annuo & biennij spatio durauerint.

Portentia terrarum semel uisa. Capi. lxxxvi.

**I**ctum est & hoc semel: quod equidem in hetrusæ disciplinæ uoluminibus inueni. ingens terrarum portentum. L. Martio. Sex. Julio cons. in agro mutinensi. Namq; montes duo inter se concurrerunt crepitu maximo assultantes recedentesq; inter eos flamma fumoq; in

d ii